



Παῖτα σὺν τῷ Θεῷ.

Materia, quam in formâ disputatio-
nis elaborandam & tractandam
suscepimus, ab utrâque parte
Theologorum & Philosophorum
consensu est difficillima. Dico
ab utrâque parte, quia tam de ratione Infinita-
tis maxime controversant Philosophi impri-
mis Scholastici, quam de probatione & mo-
do quo Deo competere dicatur, Theologi &
Philosophi magnam movent litem. In quâ
igitur, ne à veritatis tramite aberremus, sed
lumine rationis ad infinitam Tui gloriam, ô
Deus infinitæ Bonitatis! rectè utamur, Tu-
amque infinitatem sine errore consideremus,
& quantum nostra imbecillitas patitur, ex-
pendamus, Te Infinite Deus supplice corde
& ore veneramur: Dirige Spiritus S. gratiâ
meditationes & cogitationes nostras, ut nil,
nisi quod verum, in hac intricatâ materiâ co-
gitemus, proferamus & propo-
namus.

A 2

SE-